



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Horologium Spirituale Scholasticorum Societatis Jesu


Dirckinck, Johann

[Osnabrugi, 1696

Præfatio Ad Scholasticos S. J.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55025)



* * * * *

PRÆFATIO

Ad Scholasticos S. J.

Dum vobis RR. PP. & CC. FF.
Horologium omnibus commune
concinnarem; plurima occurrerunt,
quæ cuilibet Scholasticorū gradui per-
quam utilia esse duxi; adeoq; non præ-
termittenda. Quare permotus exem-
plo Patris nostri Claudii Aquavivæ,
P. Hieronymi Natalis, P. Joannis
Polanci, P. Nicolai Lancicii, qui Supe-
rioribus, Concionatoribus, aliisq; Socie-
tatis nostræ primariis membris præ-
clarissima monita & documenta præ-
scripserunt: ego quoq; Scholasticis no-
stris, quadam perfectionis Consilia &
adminicula suggerere volui. Et qui-
dem 1. Candidatis Societatis nostræ,
qui Scholastici non sunt, nisi in spe, ve-
lut primæ arborum gemmæ, è quibus

A

flo-

✠ (o) ✠

flores fructusq; nascuntur. 2. Novitiis, qui Scholastici sunt in fieri, & inchoative, tanquam flores, aut fructus nondum maturi, sed rore divinae gratiae, & calore solis justitiae, atq; sedulâ Hortulani curâ, paulatim ad maturitatem perducendi. 3. Studia sua Recolentibus. 4. Magistris docentibus. 5. Theologico studio vacantibus. 6. Tertiae probationi, ad spiritum renovandum, destinatis. Faxit divina Bonitas, ut fructus optatus respondeat, & quilibet vestrum, ex horum lectione, vel unicum sapientiae caelestis ac scientiae Sanctorum, aut perfectionis & sanctitatis gradum referat, omnibus mundi divitiis ac thesauris infinitè præstantiorem. Et ego tenuem hanc opellam meam abundè compensatam esse existimabo.

Geista Anno 1696.

5. Febr.

Omnium servus in Christo

J. D. S. J.